

EPISTLE: 1 PETER 1. 1-7

cúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrecti-  
onem Jesu Christi ex mórtuis, in hereditatem incorruptibilem et incontaminátam et immar-  
cescibilem, conservátam in cæ-  
lis in vobis, qui in virtúte Dei custodimini per fidem in salútem, parátam revelári in tẽpore novíssimo. In quo exultábitis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentati-  
onibus: ut probátio vestræ fidei multo pretiósior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem et glóri-  
am et honórem, in revelati-  
one Jesu Christi Dómini nostri.

Christ, who according to His great mercy hath regenerated us unto a lively hope, by the resur-  
rection of Jesus Christ from the dead, unto an inheritance incor-  
ruptible and undefiled, and that cannot fade, reserved in heaven for you, who by the power of God are kept by faith unto sal-  
vation, ready to be revealed in the last time. Wherein you shall great-  
ly rejoice, if now you must be for a little time made sorrowful in di-  
vers temptations: that the trial of your faith, much more precious than gold (which is tried by the fire), may be found unto praise, and glory, and honour, at the ap-  
pearing of Jesus Christ our Lord.

GRADUAL: PS. 106. 32, 31

Exáltent eum in ecclésia ple-  
bis: et in cáthedra seniórum laudent eum. *℣*. Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, et mirabília ejus filiis hóminum.

Let them exalt him in the church of the people; and praise him in the chair of the ancients. *℣*. Let the mercies of the Lord give glory to him: and His wonderful works to the children of men.

ALLELUIA: MATT. 16. 18

Allelúia, allelúia. *℣*. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Allelúia.

Alleluia, alleluia. *℣*. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

TRACT: MATT. 16. 18-19

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. *℣*. Et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam: et tibi dabo claves regni cælórum. *℣*. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis. *℣*. Et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. *℣*. And the gates of hell shall not prevail against it; and to thee I will give the keys of the kingdom of heaven. *℣*. Whatsoever thou shalt bind upon earth, shall be bound also in heaven. *℣*. And whatsoever thou shalt loose upon earth, shall be loosed also in heaven.

GOSPEL: MATTHEW 16. 13-19

In illo tẽpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discipulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixerunt: Alii Joánnem Baptistam, álii autem Eliám, álii vero Jeremíam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis. CREDO

At that time, Jesus came into the quarters of Caesarea Philippi, and He asked His disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some, John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered, and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar Jona, because flesh and blood hath not revealed it to thee, but My Father who is in heaven: and I say to thee, that thou art Peter, and upon this rock I will build My church, and the gates of hell shall not prevail against it; and I will give to thee the keys of the kingdom of heaven; and whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven; and whatsoever thou shalt loose on earth, it shall be loosed also in heaven. CREED

OFFERTORY: MATT. 16. 18-19

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam: et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam: et tibi dabo claves regni cælórum.

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church, and the gates of hell shall not prevail against it; and I will give to Thee the keys of the kingdom of heaven.

SECRET

Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces et hóstias beáti Petri Apóstoli comméndet orátio: ut, quod pro illius glória celebrámus, nobis prosit ad véniam. Per Dóminum.

May the prayer of the apostle Peter commend to Thee, we beseech Thee, O Lord, the prayers and sacrifices of Thy Church; that what we celebrate in his honour may procure for us pardon. Through our Lord.